

**Rector Et Concilium Academiae Rostochiensis, Civibus Suis Studiosis S. : Publ.  
Sub Sigillo Academiae, d. 8 April. Anno MDCCXL.**

Rostochii: Adler, 1740

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791112608>

Druck Freier  Zugang



Leges etc  
Academiae Rostochiensis

Universitäts-Archiv  
Rostock, Sign. ~~RIA 4~~

RIA 4

N. l. — 47. <sup>1-69.</sup>



# RECTOR ET CONCILIUM, ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

CIVIBUS SUIS STUDIO SIS S.



**U** litteris & moribus ornatissimi reddantur Studiosi est e re patriæ & in votis parentum atque curatorum. Academiæ sunt emporia scientiarum & virtutum & Magistratus Academiæ & Professo- rum ardor & scopus eo collimat, ut ad illas missi talem vivant vitam, ut Indies, magis magisque politi, post consumtos annos, doctiores recedant melioresque. Verum, non tam bene cum rebus mortali- um agitur, ut meliora omnibus placeant: Adeo enim effrænata est multorum mens, ut nulla le- gum divinarum & humanarum, communium & specialium habita ratione, quasi agmine facto, in- pejus & perniciem suam & aliorum ruant. In hac Academia, quamvis Rector & Professores nihil, quod ad gu- bernandum vel instruendum requiritur, in se desiderari patiantur, semper tamen mali cives mixti fuere bonis, & quia vitia erunt donec homines, plane mutare idem non licebit. Quoties autem pessima ingenia in talem erumpunt nequitiam, quæ aliis incommoda & famæ Academiæ nociva, toties instituenda erit publica distinctio inter bonos & malos & quidem ita, ut immedicabiles etiam rescindantur ne membra sincera trahantur.

Dolendum, quod, quia leges omnibus vitis impares sunt, illos malefatos, qui vel secum soli, vel inter socios haud meliores, sunt DEI & cultus publici contemptores imo tantum non Athei, vel qui, fruges tantum consumere nati, diesque noctesque in otio & vanitatibus consumunt, tolerare soleamus, debeamus, donec atro- ciora exterius exserant, vel publicam tranquillitatem turbaverint. Iudex illorum, nisi, quod fieri tandem solet, in- loqueos nequitiarum publice inciderint, est DEUS omniscius & iustissimus: Ut taceamus varias poenas naturales corporis, animæ & fortunæ afflictivas, quæ, consumto paterno oleo, manent illos, qui, DEUM non venerantes, Parentes & Præceptores non honorantes, felicitatis futuræ rationem nullam habentes, omnis generis mala, vigo- re comminationis divinæ, experiuntur & quos res desperata ubique premit & infamat. Quod autem ad illos, qui in scelera & flagitia publice prorumpunt, quosque leges ad sacri decalogi filium compositæ non admonent, vel compefcunt, quique DEUM publice offendunt atque proximo molesti sunt, sciant iidem, leges nostras non ef- se sine executione. Significamus illis hac voce publica, ut vel mores vel nomen Civium Academiæ Rostochiensis mutant: Si enim neutrum proprio motu placuerit, posterius ex officio injungetur.

*Speciatim remittimus omnes ad leges de duellis & eorumdem ministeris, utut illæ viva & viridi praxi red- dantur notabiles.*

*Repetimus legem de togis cubicularibus, von denen Schlaf-Röcken: quibus libere indutus nimis longe lateque va- gabitur per plateas in manus illorum incidet, qui egre dimittunt.*

*Renovamus legem de decambulationibus in templis & de impiis pileis, irreverenter ibidem ante & post concionem impositis.*

*Renovamus legem de prohibitis exagitationibus & vexationibus Neo-Studioforum & adventantium: Qui enim vel obulum ullaratione suspecta extorserit vel a quâsvolente acceperit, vel penamissimi reliquias verbis vel factis crepare- rit, insaurarit, absque omni strepitu excludetur.*

*Specialissime etiam prohibemus novum illud genus gladiatorum, die langen ungewöhnlichen spitzen Degen; Et volumus ut, intra octiduum, nemo, sub pena publicæ exarationis, ejusmodi monstruoso gladio cinctum se conspici- patiatur.*


Reliquæ leges omnes & singulæ, speciatim etiam lex illa displicentiæ, nemini nisi temere ignotæ, hic repe- tuntur pariter, remittendo ad illarum tenorem notorium. Cavete vobis mali & crescite atque pergite boni. De- finite quoque malevoli absque omni causâ Academiæ nostram, ac si impii pro lubitu in ea grassari possent, de- nigrare ac calumniari. De cetero non male rebus suis consulturi essent Parentes ac Curatores, si quos ad nos mittunt, Professoris cujusdam inspectioni committerent, qui & studia & vitam eorum moderaretur specialiter.

PUBL. SUB SIGILLO ACADEMIÆ,  
d. 8 April. Anno MDCCXL.

ROSTOCHII, Typ. Joban. Jacob. Adleri, Sereniss. Princ. & Academiæ Typogr.








IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerforiis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis carentia, luent. Quod si post hanc correctionem incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnoxio cogunt, vel per ambages ad conuiuia veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitatibus, qui sumtu nouitii epulati sunt, buntur, iis, qui mensa communi ab isto beneficio excludendis, inebriationes & tande oriundacacius impediuntur, abhinc pl

VI. Poenae legum tractata a Rectore & Concilio nec mino remittendae, sed ad tenore executioni mandandae erunt.

VII. Nocturnos strepibus incolarum vel personae & clamores inconditos vel hibuerunt: ita earum violat securitatis nocturnae & transcustodiae militari tradentur. Rector Academiae vel de e



acade-